res trahit, ut quamdiu hoc saeculum volvitur nunquam
liceat esse tranquillis. Prorsus usu venit nobis
in hujus scholae collectione, quod in rebus egregiis
solebat olim contingere, nempe ut et initia diffi-
ciles et parva incrementa haberemus. Sed de his
intempestiva querela est nisi quod te scire et tua nu-
la nostra velle cognoscere, si quid haec abs te iuvari
aut corrigi possent. Verum tu ea (ut opinor) mul-
to citius quam si quid boni accidat, rescisces. Deus qui
vult docentium discentiumque coetus alicubi honestos
esse, per quos et pietatis et artium bonarum do-
ctrina propagari possit, hanc in primordiis
infelicem fluctuationem clementer tranquillet,
atque ad suam unius gloriam quaerendam uno nos o-
mnes spiritu compellat. Amen. Gravem vero
hactenus dederunt bonam spem futurae frugis
non desunt officio proborum adolescentum, colunt
praeceptores, non detrectant legitimum im-
perium, studiis et praescriptis laboribus pro
sua aetate alacriter incumbunt, evadent in viros
patriae suae salutares, si modo a contagione hujus
corruptissimi seculi adjuvante Deo vindicari pos-
sunt. Scis huic aetati, quae etiam per se prona
praecepsque est innumeros passim laqueos tendi,
quos nunquam omnes sine singulari custodia Dei
gubernantis effugere possint, faciat Dominus
propter gloriam suam ut aliqua nobis pars sin-
cera supersit, sunt enim in omnibus scholis non
nulli Thrasones, qui nimiam sibi licentiam conce-
di volunt. Vale. Duisburgi 20. 1561.

19.

M. Nicolao Rollio Vesaliae
Pax Christi.

[= Mscr. a. 7: N. 99]

Tua prudentia facit, Vir doctissime, ut intelligas
illa nostra, pietas et philosophia, ut iis con-
doleas. Jam multis mensibus infelicissime

sacrati funus, neque fluunt res ex voto, vel in Scho-
la vel in Ecclesia. Nolim παλιν [illegible] nec pos-
sum, atqui ab re mea vix habeo tantum otii, ut
vel cum uno amico absente per epistolam loqui
possim. Attamen ut sunt tuæ res mea videtur nec
curiosi, nec inhumani esse hominis, tam de statu
inchoatæ Ecclesiæ, tam de herba laborantis Scho-
læ, non affectu modo, sed re quoque ipsa solicitum
esse. Quamobrem dolui magis et angebar, cum
intelligerem, quam proximis literis spem fece-
ras tui ad nos adventus, jam de nihilo esse,
aut certe in longum diem proferri, percupi-
eram tecum conveniendi familiariter et coram
de iis agendi, quæ neque tibi tam occupato di-
tempestiviter officii debent, neque sine pericu-
lo aliorumque offensa chartis committuntur. Sed quo-
niam de his, quæ dico non urget accelerandi
deliberationem, et res dare poterit, ut vel
me isthuc, vel Collium ad nos huc aliqua vitæ
veniens necessitas compellat, in præsens
a tempore omittenda. Credas me Frater Reve-
rende quæcunque se nobis obstacula opposuerunt
hactenus ea mihi memoriter et verbis satis
dilucide expressis, a communi amico, et patre
nostro D. Doctore Alberto Hardenbergio pro-
monstrata fuisse. Sane si prioribus usque adhuc,
ita iis quæ restant in posterum, responderit e-
ventus. Dices equidem felicem mihi sortito contigis-
se; dum hæc scribo Gelderiensis intervenit, non
possum nunc plura ut conjecerim. Vale. etc.
Blasius Leyon frater et amicus tuus semper
ex me cognoscere, quam se dudum meos contule-
ras, nisi res esset infra tuam dignitatem
rogarem ut mihi apud eum velles epistola

rec esse, atq hoc renunciare e Roma, qui ro-
qui suos afferunt libellos partim 24 dalerorum
ali, partim 20 aliis, quibus ipse aeterno
vel 20 veltes. adest for- tam velut paren-
tum liberalitas sui, nam ego nunquam
auri pretium statui arti meae. Iterum vale
frater carissime. Hermannus qui has ad
te, vos amat, et ego illi valens si possim fa-
ciam bene. Duisburgi 21. Junij 1561.

Johannes Tholang.

20.) M. Aegidio Bezio Francoforti.

Pax Christi.

[= Mon. a. M. N. 100] Quam triste spectaculum est istius Ecclesiae
dispersio, quae multis jam annis bonum nationi
sanctos coetus habuit doctrinae verumque con-
sensu arctissime conjunctos. Quam miserum
est te ibi stantes non posse sedem stabilem
fortiori vinculo, quae solet esse unicum pro-
fligatorum fratrum perfugium! Equidem et
tui venerande frater et istius Ecclesiae nomi-
ne non levem animo dolorem sentio tantis
stem exitum discordiae pertinacis meum de-
plorans. Sed quoniam hoc quoddam commune
rerum bonarum fatum est, sicut ipsa perce-
lant potius quam in aliquo gradu felicitatis
diuturne consistant, querelas quarum nobis
maxime in vita usus est gravioribus etiam
casibus reservemus. Non dubito quin Vesaliae sa-
tis commode salva religione esse possis. Nam
oclaus ille vir bonus est, et mihi notus, qui si
te quoque nosset et pietatem tuam ultro pe-
taret accersendum, quem aut admittas, commu-
ni videtur. Maluissem nostra professionis

causa ita se